



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

X. Markgraf Woldemar vereignet der Stadt Dubegnawe (Arenswalde) seine
Mühle daselbst, am 3. Januar 1313.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

X. Markgraf Woldemar verzeuget der Stadt Dubegnewe (Arensvalde) seine Mühle daselbst,
am 3. Januar 1313.

Woldemarus, Dei gratia Brandenburgensis, Lusacie et de Landesberg marchio tutorque incliti Johannis de Brandenburg marchionis, Vniuersis Christi fidelibus presentibus et futuris salutem et ad geste rei sempiternam memoriam. Cum varietas temporum actuum varietatem inducat, ex quo verisimiliter contingeret actus quantumcunque a presentibus cognitos ab oculis euanescere posterorum, nisi scriptura testimonio saltem eternitatem capiant perpetuo tempore duraturam. Inde est, quod quia ciuitas Dubegnewe, tanquam in extremis posita et desertis partibus vicina, que pre ceteris est nobis magis cordi, dedimus et per presentes literas damus ciuibus ciuitatis eiusdem presentibus et futuris molendinum, quod nostrum erat, nunc ciuitatis plancis annexum, ita quod ipsum possint intra ciuitatem situare, cum omni proprietate, possessione hereditatis et pheidii, cum omni pensione et pachtu, nobis et aliis in ipso competentibus, nichilominus molendinum fratrum de Marienwolde, quod erat supra, et molendinum domini Bethekini de Born, quod erat infra situatum, cum suis pensionibus dicte ciuitatis molendino incorporantes. Ita quod nec nos nec heres noster vel successor nec fratres predicti nec aliquis alius de cetero aliqua tam supra quam infra in metis et terminis ciuitatis eiusdem de nouo edificabimus molendina nec vetera refici vel restaurari quomodolibet patiemur. Omnium quoque villarum incole, que ante huiusmodi donationem nostram in dicto molendino consueuerunt molere, propria molendina non habentes, nunc et in antea in dicto molendino similiter sub virtute nostre gratie molere tenebuntur. Proinde a dicte ciuitatis ciuibus nobis sunt quingenta et quinquaginta marce argenti Brandenburgensis et ponderis date integraliter et solute, de quibus ipsos et heredes ipsorum quitos dicimus per presentes ponentesque ipsos ciues in possessionem corporalem molendini ac prouentuum, pertinenciarum et iurium eiusdem. Ne quoque huiusmodi factum nostrum cuiusquam calumpnia obscuratur, prefens scriptum dictis ciuibus dari iussimus nostri sigilli robore consignatum. Testes ad hoc vocati sunt nobiles viri domini Vlricus de Lindowe et Guntherus de Keurenberg, comites, Henningus de Stegelitz et Henningus de Blankenburg, milites, nec non Henricus, decanus de Stendal, ac Sloteko prepositus Diminenses, nostre curie prothonotarius, ac alii quam plures fide digni. Datum Werbelyn, anno domini millesimo tricentesimo tredecimo, feria quarta ante epiphaniam domini nostri.

Aus Dreger's Abschrift.

XI. Michael, Abt zu Marienwalde, bekundet, daß ihn der Markgraf Woldemar wegen der in dessen Gaiden in Anspruch genommenen Ländereien und wegen anderer Ansprüche zufrieden gestellt habe, am 18. September 1314.

Nos Michael, diuina permissione Abbas et Conuentus in Marienwolde Recognoscimus publice per presentes, Quod Illustrrem, dn. nostrum dn. woldemarum marchionem Branden-